Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-57562-p0001-5

B. C. D.

# D. MICHAELIS

## CAPELLAS IV.

### POSTERIORES

pandit,

*eôq; ipsô ad*

audiendas binas

### ORATIONES VALEDICTORIAS,

*in*

## Illuſtri Curiano,

D. Mercurii proximô, XIX. Junî,

*A. cIↄ Iↄc LXXXIX.*

habendas,

Curianæ Urbis Primores

invitat

M. JO. CHRISTOPH: LAYRIZ,

Gymn. Patrii Rector.

---

*Literis Minzelianis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-57562-p0002-0

QVinque prioribus D. *MICHAELIS* noſtri *Capellis* nuper excuſsis, *SEXTAM* nunc ordine, omni *προοιμίοις* morâ exeſſe juſsâ, ingredimur, qvam cancellis ferreis, ad excludendam temerè incurſitantium turbam, opere artificioſiſſimô, manuqve *Wilhelmi Schmid*, Fabri ferrarii Schleizenſis, 1620. fabrefactô, coloribus qvoqve, Inſignibus & lemmatibus diſtinctô, hodie invenimus munitam. Sunt autem Inſignia qvatuor, *Dominorum Ruthenorum*, *Comitum Oettingenſium*, *Dominorum de Putbus* & *Comitum de Honſtein*, qvæ ſangvinis tracti amor hîc juſſit affigenda. Olim *S. JACOBO* Capella hæc erat inſcripta, cujus etiam *Fraternitas* aram & miſſam, in honorem ejus, inibi ſtatuerat, idqve A. 1487. ùt ſuprà jam p. 43. ortũ & conatus hujus Ordinis delibavimus. Hodie dormitorio ceſſit *Illuſtriſſimæ Familiæ RUTHENICÆ*, dignumq́; pro tantis in Urbem noſtram meritis, ei olim præbuit Mauſoleum. Scilicet, cùm ab A. 1613. *HEINRICUS II. Senioris Lineæ RUTHENUS*, usqve ad A. 1638. Urbi noſtræ Capitaneus præeſſet, non deſtitit interea mors, qvæ æqvo pede pulſat & pauperum tabernas Regumq́ve turres, aliqvoties Principalem invadere arcem, lectiſſimaqve aliqvot thori pignora ei auferre, qvibus honeſtè tumulandis hunc ipſum ſelegit *Illuſtriſſ. Parens* locum, ſepultumqve inibi animi mœrorem, tum nitide extructis tumbis, ob concameratam ſub terrâ Crypto-Porticum, paululum extantioribus, tum Inſcriptionibus, ipſis cippis inſculptis & lateribus appictis, ivit teſtatum. Qvæ in medio ferè major ceteris apparet feralis urna deſuper appenſô, *ἀναθήματος* loco, vexillô, depoſitum ſuum declarat ſeqventibus: Symb: *En Dieu mon eſperance*. Der Hoch-wohlgeborne Herr/ HERR HEINRICH der Mittlere Reuß/ Herr von Plauen/ &c. wurde gebohren auf dem Fürſtl. Schloß HOF/ A. 1615. den 5. Aug. zwiſchen 6 und 7. Uhr nach Mittag/ und daſelbſten auch A. 1631. den 8. Dec. zwiſchen 3. und 4. Uhr gegen Abends wieder in GOtt ſeelig verſchieden/ ſeines Alters 16. Jahr 17. Wochen und 6. Tag. Latior qvàm pro unius corporis magnitudine hæc eſt ciſta, qvod conjectitare nos facit, *Dominam ANNAM JUDITHAM* Sororem, ſecundum *Illuſtr.*

*Stemm,*

*Stemm. Ruthen.* Dn. *BECKLERI* p. 374. 17. Decembr. 1618. Curiæ
natam, 19. vero Aprilis Anno 1629. ibi qvoqve denatam, pariter
inibi fuiſſe repoſitam. Secundus Capulus, cum expreſſa ad vi-
vũ Imagine, hanc tenet literis Germanis abbreviatis Epigraphen:
A. 1621. Donnerſtag nach Jubil. den 26. April, zwiſchen 10 und 11. Uhr vor-
Mittag/ ward gebohren das Hoch-Wolgeborne Fräulein/ AGNES MAGDA-
LENA REUSSIN von Plauen/ aufm Fürſtl. Schloß Hof; ſtarb daſelbſt A.
1623. auf Mariæ Geb. Tag/ den 8. Sept. zwiſchen 3 und 4 Uhr zu Abends/
Ihres Alters 2 J. 19 W. 1 T. 18 St. der GOtt Gnad! Tertius ùt effigie
ſic his pariter ornatus verbis: A. 1623. d. 18 Jul. zwiſchen 9 und 10 Uhr
früh ward gebohren das Hoch-Wolgeborne Fräulein/ CATHARINA MAR-
GARETHA REUSSIN von Plauen/ aufm Fürſtl. Schloß Hof/ ſt. Anno e-
od. d. 27 Septembr. nach Mittern. zwiſchen 1 und 2 Uhr/ Æt. 10 W. 16 St.
d. G. G. Qvartus & ultimus cineres aſſervat, qvos ſeqvens notat
epitaphium: A. 1619. Dom. I. Adv. d. 28. 9bris, um 9 Vor-M. ward der
Hoch-Wolgeborne Herr/ Herr HEINRICH der IV. REUS/ Herr von
Plauen/ Herr zu Graitz/ Crannichfeld/ Gerau/ Schlaitz/ Lobenſtein und Burg
alhier ufn Fürſtl. Schloß Hof gebohren/ ſt. A. 1620. den 22 Febr. früh zwi-
ſchen 6 und 7. Ætatis 12 W. 1 T. 21. St. D. G. G. Nodum continet hæc
ipſa epigraphe, collata cum Epitaphio, utriqve parieti Orientali &
Occiduo adſcriptô, in qvibus natalis aſſignatur 12 Decembris, qvẽ
ſuis qvoqve in Faſtis ſignat prælaudatus *Dn. BECKLER*. Sed ſi ſe-
ptimanas ætatis dieſqve numeres, omnino 28 9bris erit reponen-
dus, qvamqvam qvid Chronoſtichis his lateralibus responden-
dum ſit, non videam. Sed ponam ſingula, ut poſita invenio, La-
tinum verſus Orientem hæc habet:

*OrtVs In has terras bIs ſeXtI ſorte DeCeMbrIs*
QVARTUS Ego HENRICIDUM ſtirpe RUTHENUS Amor,
Naſcor Homo, & reliqvis muliebri ſemine cretis
Non impar, claro STEMMATE naſcor humus.
Perbreve fallacis Vitæ mihi DRAMA tributum eſt,
Vix potui alterna SCHEMA qviete frui.
Nam FLOS Vernus eram, germinoſo germine ſurgens,
Umbraqve non ullo docta manere loco.
Nunc TERRAS linqvens, ſubeo novus Incola Cœlum,
Vt FebrVI hIC raDIat Dena bIs VnaDIes.

Verſus Occaſum Germana reſpondet his:

ALs eins ChrIſtMonts zVVöLft LIChe VerſChLICh
HEJNRJCH der Vierdte KEUS lieblich/
Ein Menſch ich ward vom Weib gebohrn/
Herrliches Stamms/ doch irrdiſch erkohrn/
Und hab gelebt ein kurze Friſt/
Die nicht ohn Unruh geweſen iſt.
Jch blüher gleich einer ſchöner Blumb/
War wie ein Schatten umb und umb/
Erlang im Himmel Lebens gnung/
Den zVVeyMaL eyLften Tag HornVVng.

Tantum de *Sexta Capellâ*, qvam nunc linqventes, & in *SEPTIMAM* nos conferentes, *STEINIANA* recolenda denuo invenimus merita, ſupra p. 101. laude ſua qvidem vecta, ſed nunqvam ſatis evehenda. Integra enim hæc Capella Auctorem & Conditorem ſibi allegat *Plebanum* olim noſtratem, *Hertindum de STEIN*, qvi cùm diducendà in majorem Templi ſtructurà, vetus *HIERONYMI* ædicula, cœmiteriò *D. MICHAELIS* locata, tolleretur, ne memoria interiret, hanc ſuis ſumtibus extructam, *novam D. HIERONYMI Capellam* voluit appellatam, celebrantibus hodienum præter Annales, tanti beneficii liberalitatem Inſignibus Steinianis, non tantùm in coitione fornicum interiorum effulgentibus, ſed & in Ambonis ſuperimpoſiti latere Orientaliori nitidè lapidi inciſis, & cum Ornamento Eccleſiaſticæ Dignitatis ſuæ junctis, Pileò ſcilicet cum ſpira ſeu funiculo contorto, inferius in 6 nodulos deſinente, Galli Artisque Heraldicæ Signatores enunciant: *le chapeau & la croſſe de ſix houpes*, ornamentumque aut Epiſcoporum aut Abbatum conſtituunt, ut adeò vel hac notâ pateat, quô locô Præfecturam Curianæ Eccleſiæ Majores cenſuerint. Non autem nudam ſaltim ſacravit Ædiculam Sacrorum Præſes laudatiſſimus, ſed de Altari quoque & miſſa, pro Seculi more, illi proſpexit, quod illud ipſum eſt, cujus faciem ſuperius à p. 111. usque 115 ſatis prolixè delineavimus. Non enim pudet hic admiſſum, eô ipſo locô,

igno-

ignorantiâ puræ negationis, errorem, qui altare iſtud primâ fun-
datione *D. Laurentio* aſſeruit, revocare, quem interea *Widemannus* ad
A. 1572 in pleniori conditæ Eccleſiæ *D. Michaëlis* Hiſtorâ edocuit:
poſt bellum demum, (quô nomine dubio procul innuit *Marchia-*
*cum* iſtud contra Fœderatos ab *ALBERTO Juniore* geſtum, & Urbi
noſtræ A. 1553 adeò funeſtum) illud è *Michaëlis* Templo, cui pro-
deſſe nunc deſierat, in *Laurentianum*, tunc reparandum, fuiſſe trans-
latum. Illud qvoqve notari meretur, hanc Capellam, pulsô inde
impiô Miſſarum cultu, poſt Reformationem, & ante peculiarem
Scholaſticis extructum Ambonem, de qvô infra, diebus Domini-
cis & Feſtis illorum perſonuiſſe cantionibus, qvi, durante Sacræ
Cœnæ Communione, id muneris ſibi noverant demandatum, ex
quo forte conſuetudo manſit, quòd Gymnaſii noſtri Cives, ſacrâ
Synaxi uſuri, inibi coëant. Ceterùm in hoc Sacellum repoſitum
quoque hodie cernitur Vetus illud Altare, quod ultra bina Secula
huic Templo fuit primarium, cui luſtrando oculos nunc inten-
deremus, ni certis de cauſis in proximum id rejiceremus. Ergo ad
alia nunc, qvæ Ornamenti locô in hac reſtant Capellâ, ubi ex
tempore antiqviori, ſcutum comparet, præter Inſignia his verbis
inſcriptum: Anno Domini 1534. am Dienſtag nach der Himmelfahrt Ma-
rie/iſt verſchieden Kaſpar Dietrich von Peilwiz/Doctor Chriſtoph von Peil-
wiz Sohn zu Hirſchbergk;; ex noſtro autem præclara illa *WATZ-*
*DORFIANA* conſpicitur memoria, in ſubſelliis, ſingulari artis
ſculptoriæ dexteritate, aſſervata, his inſuper de illa teſtimonium
perhibens verbis: GOtt zu Ehren/ hat aus Chriſtlicher Intention der
Fürſtl. Brandenburg. Rath und Hauptmann alhier zum Hof/Herr DANIEL
GEORG von WAZDORF/uf Berga/Lichtentann/Würzbach und Oßla ꝛc.
dieſen Stuel erbauen und mahlen laßen/auch der S. Michaelis-Kirchen tradirt
und übergebē/ſo geſchehen 1666. Plenius intentionē laudatiſſimi Capi-
tanei ſequentes, Scriniis Superintenduræ aſſervatæ exhibēt literæ.

Nachdeme GOTT alleine zu Ehren und der St. Michaëlis Kirchen zu Hof/
zu einiger Zierde/auß eigener Chriſtwilligen Intention, ich einen Kir-
chen Stuhl/dem Altar zur linken Hand ſtehend/bauen und mahlen laßen/auch

gerne bedacht wehre/wie dadurch der Kirchen in Zukunfft einig Interesse gemachet werden und dieſelbe hiervon eine Genuznieſung haben möge. Als will Krafft dieſes/und zward nicht aus einiger Singularität/ſondern alleine/ wie obgedacht/auß wohlgemeinten Gemüth berührter S. Michaëlis Kirchen zum Hof/ſothanen Stuhl/ich gäntzlichen tradiret, geeignet und übergeben haben/ſothaner maßen/daß zward ich oder die Meinigen/ qvo ad Lineam deſcendentem, und ſo lange nach Göttlicher providens bey dieſer Haubtmannſchafft und Stadt Hof/einiger derſelben in Fürſtl. Brandenb. Dienſten ſein und ſich gebrauchen laßen wird/ derſelbe auch dieſen Stuhl nach deßen Beliebung zu betret- und beſizen haben/gegenüber aber/anderer Geſtalt keiner/ Er ſey Hauptmann oder anderer Beſchaffenheit/ſo gering- als hohes Standes/gebrauchen ſoll/Er verrichte denn/dieſer S. Michaëlis Kirchen/nach Schäz und Handlung/des bey derſelben jedesmahl beſtellten Superint. Jährlichen davon einen gewißen canonem, oder Zinß abe/ oder do etwan ein oder der andere/oder aber auch etliche Bürger zuſammen/demſelben vor eine gewiße Abrichtung ganz und gar an ſich löſen/oder die Geiſtlichkeit ihren jezigen Stuhl vor ein gewißen Abtrag verlaßen und dargegen in dieſen neu erbauten Stuhl treten wolten, ſolches auch vergönnet ſeyn mag/Einig zu dem Behuf/damit die Kirche einen Nuzen hiervon haben/und dadurch mein Scopus erreichet werden könne/maßen denn darum dieſe Schrifft Ich um künfftiger Nachricht willen hierüber verfertigen laßen/und dem Wohl-Ehrwürdigen/Großachtbarn und Hochgelahrten/Herrn L. Johann Walthern/der Zeit verordneten Superintendenten zum Hof/eigenhändig übergeben/auch daß Er ſolche der Kirchen Archiven beylegen möchte/erſuchet/dem Schlüßel aber hierzu/dem jezigen Kirchner/Herrn Jacob Langheinrichen zugeſchicket/So geſchehen in dem Fürſtl. Brandenb. Schloß zum Hof den 16. Septembr. Anno 1666. Fürſtl. Brandenb. beſtalter Rath und Hauptmann daſelbſt

Daniel Georg von Watzdorff.

Perrecturis nunc verſus *OCTAVAM* Capellam ad ſiniſtram tranſeundum eſt Nobile *WILDENSTEINIANUM* Cœnotaphium, in pariete contiguo ſplendidiſſimè erectum, hisq; cōceptum verbis: A. 1580. wird von dem Durchl. Hochgebohrnen Fürſten und Herrn/Herrn Georg Friederich/Marggrafen zu Brandenburg etc. Herzog in Preußen etc. der Edel-Geſtreng und Ehrenveſt/ Wolf Wilhelm vom und zum Wildenſtein Strönfels und Mühlbach ꝛc. J. Fürſtl. Durchl. Rath und Hauptmann zum Hof in einer Legation zu Käyſerl. Maj. Rudolf II. nach Prag verſchicket; Alda Er den 8 Jul. zwiſchen 5 und 6 Uhr zu Morgens in Chriſto ſeelig entſchlaffen/

und ſein Leichnam den 14 alhier Chriſtlich und Ehrlich zur Erden beſtattet worden. Eod. Anno d. 19 Aug. um 3 Uhr nach Mittag entſchlieff die Edle und Ehren-Tugendreiche Frau/ Roſina vom Wildenſtein/ geborne von Sondernsdorff/ ſeine lezte Ehgemahlin/ denen GOtt und uns allen eine fröl. Aufferſtehung zum ewigen Leben verleihen wolle/ Amen. Illa ipſa autem Capella, *S. SEBASTIANI* Arâ olim incluta, & à Pannificibus Sartoribusque ædificata, *VVALLENRODIANO* cumprimis effulget monumentô, lapidi ad parietem inciſo, & hac ſubſcriptione notatô:

HErr Hanß Chriſtoph von WALLENROTH
Hier liegt begraben nach ſeinen Tod/
Des Er verſchied/ da gezehlet wurd
Nach CHRISTI unſers HERRN Gburt
Tauſend/ Fünff hundert Achzig und
Vier Jahr/ früh bald umb d Sechſte Stund/
Den ſiebenzehnden Junii/
Als Er Fürſtlicher Hauptmann hie
Geweſen iſt das ſechſte Jahr/
Dorothea ſein Hauß-Ehr war
Ein Edle Waldenfelſarin
Die durch GOtts Segn gebahr Im/
Vier ſchöne Söhnlein/ Edler Art
Der Erſt Wolff Chriſtoph gnennet ward
Der ander hieß Auguſtus fein
Die beyd in Chriſto entſchlaffen seyn/
Der dritt Adam. Der vierd bekam
Seines Hertz-liebſten Vaters Nam/
Fünff Wochen nach deſſelben Tod
Neun und viertzig Jahr Er glebt hat.
Sein Seel nun iſt in GOttes Hand
Der Leib wart der allgemein Vrſtand
Zur ewign Freud/ die uns allſam
GOTT geben woll in Chriſti Nam/ Amen.

*Gailsdorſianæ* itidem Familiæ, inter primicerias Urbis computandæ memoriam hæc refricat, dum *D. Heinrici GAILSDORFFII, Comitis Pal.* qui A. 1500. ob. nec non fratris ejus *Laurentii Gailsdorfii, Paſtoris Nemmersdorfenſis & Auricoronacenſis*, qui ob. 1518. & *Caſparis GAILSDORFII*, Trigæ fratrum nobilisſimæ, nomina adhuc præbet legenda. *RATIVVORSKIANIS* præterea effulget anathematibus, quæ cùm recentiora ſint, brevitatis amore cum *Salomonis PLANCKII* Epitaphio, à latere Capellæ ab hæredibus poſito, transimus. *NONA*, eaqve ultima, *S. CRUCIS* appellata, & à magna *Paſtorum Ruralium Confraternitate* fundata, pariter & miſſarum officio cohoneſtata, hodie nulla fere niſi *Johannis cujusdã MULLERI & Catharinæ* Conjugis, recentioriq; *VVALLENFELSIANA* claret memoriâ, ut adeò, cùm ad alia nobis nunc transeundum ſit, *NOVEM Capellarum* numerum brevisſimis his velimus recenſitum.

Qui autem aliorſum nos nunc avocant, *Juvenes bini* ſunt *Ornatisſimi*, pariter ac *Docti*, qvibus cùm ſingularis in Deum pietas, propenſus nunquam non in meliora ſtudia ardor, ſanctum intemeratèque Superioribus hactenus præſtitum Obſequium, & maxima Juvenum laus, nobilis modeſtia, tanta in ſtudiis & Vita familiari ipſis compararint decora, ut Academicis pulpitis habuerimus dignos, nunc publicè Gymnaſio noſtro valedicere conſtituerunt, & Prior quidem

PAU-

PAULUS KRAUT / *Dreuenſis-Variſcus*, Alumnus hactenus Oppidanus, qui 13 Maji 1682 in Gymnaſium & Alumnæum publicè receptus, Septennio hoc omnes boni Civis implevit numeros, & Alumnæo Præfectus datus, tenerorum fideli informatione & χειραγωγίᾳ, multorum patrocinium meruit & favorem, initô cum Commilitone conſilio, de *FATIS TEMPORUM & inſtante nunc ferreo Seculo* ultima verba facere incipiet. Quam telam pertexet alter

JO. ERNESTUS BEHM / *Svvarzenbacenſis ad Salam*, qvi 18 Febr. 1886 è Lyceo Wonſidelienſi in Curianũ tranſcriptus, præbitam de ſe optimo teſtimonio ſpem haut eluſit, ut auxerit; Sicuti enim literis addiſcendis, ita liberis qvoq; erudiendis, quibus alicubi admotus, eâ comparuit dexteritate, ut in commiſſo officio pius, ſedulus & intemeratus, poſt diceſſum quoq; deſideraretur. Gratam nunc inſuper pro collatis in ſe beneficiis, ſuo & Commilitonis nomine probaturus mentem, *Carmen Valedictorium Latinum Heroicum* ſubjunget.

Quibus utrisque & eorum ſtudiis, ùt, faventisſimum præporrò Divinum expetimus Numen, ita Bonorum quorumvis Patrocinio liberalique ſubſidio (nam his qvoqve bonis mentibus paupertas it Soror) de meliori commíttimus, certisſimi, non decocturos iſtos, qvicqvid beneficii in eos contulerint. Qvod idem & nunc ea, qua par eſt ſubmisſione ac devotione iis ſuggerimus, quorum præſentia Actui illorum Valedictorio audiendisque conſcriptis ab illis Orationibus, ùt proprio defluxerunt Marte, ne verbulô quidem a me additô, omnibus modis concilianda. *Singulos* igitur *Muſarum noſtrarum MECAENATES, PATRONOS ac FAUTORES*, & in his nominatim, *Sereniſſimum PRINCIPEM, Illuſtriſſimos COMITES, Præ-Nobilisſimum Gymnaſii INSPECTOREM, Excellentisſimum & Conſultisſimos ejus PATRONUM & SCHOLARCHAS*, nec non *ERUDITOS quosvis*, quàm inſtantisſimè oramus ac obſecramus, ut *ad proximum Mercurii diem, poſt Sacra matutina*, dicturis Gratioſisſimam Splendidamq; præſentiam commodent, quod omni voto & obſequio nobis demerendum conſtituimus.

*P. P. Dom. III. Poſt Trin. A. O. R. CIↃ IↃC LXXXIX.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-57562-p0010-5

# D. ... ELIS

## ... IV.

... CTORIAS,

... no,

... X. Juni,

... X.

... ores

... LAVRIZ,

KODAK Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2000

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-57562-p0011-0